

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Accusationis in C. Verrem liber primus,
qui divinatio dicitur. Oratio IIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

reditatis est, quæadmodum socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem. Ut heres sibi soli non coheredibus petit, sic socius sibi soli non sociis petit: & quæadmodum vterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissoluit: heres ex sua parte, qua hereditatem adiit: socius ex ea, qua societatem coit. Quæadmodum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauio, ut eam tu non peteres, sic cum exegit suam partem, & tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet, nisi forte tu pueris more quod huius est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Satrius, quodcumque sibi petit socius, id societatis fieri, quod si ita est, quæ (malum) stulticia fuit: Roscius, quod ex iuris peritorum consilio & auctoritate restipulare a Fannio diligenter, ut quod is exegisset a Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, si quidem sine cautione, & repromissione nihilo minus id Fannius sociati, hoc est Roscio debebat.

Defiderantur non pauca.

•• ACCUSATIONIS IN C. VERREM LIBER PRIMVS, QVI
DIVINATIO DICTVR. ORATIO. III.



QUIVIS Vestrum Iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur, me qui tot annos in causis, iudiciisque publicis ita sum versatus, ut defenderim multos, leserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere: is si mei consilii causam, rationemque cognouerit, vna & id quod facio probabit, & in hac causa profecto neminem mihi esse preponendum actorem putabit. Cum Questor in Sicilia fuisset Iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diurnamque memoriam questuræ nominisque mei relinquerem, factum est, uti cum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me presidium suis fortunis constitutum esse arbitrareretur. Qui nunc populati, atque vexati, cuncti ad me publice sepe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam, defensionemque susciperem. me sepe esse pollicitum, sepe ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid a me requirerent, commodis eorum me non defuturum: venisse tempus aiebant, non iam ut comoda sua, sed ut vitam salutemque totius provincie defenderem: sese iam ne deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset: quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis, efficere potuisset, eas omnes sese hoc vno Pretore per triennium pertulisse: rogare, & orare, ne illos supplices aspernaret, quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. Tuli grauius, & acerbè Iudices, in eum me locum adductum, ut aut eos homines spes falleret, qui opem a me, atque auxilium petissent: aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus, ad accusandum traduceret. Dicebam habere eos actorem Q. Cecilium, qui presertim Questor in eadem provincia post me questorem fuisset. Quo ego adiumento sperabam hanc a me molestiam posse dimoueri, id mihi erat aduersarium maxime. Nam illi multo mihi hoc facilius remisissent, si istum non nossent, aut si iste apud eos questor non fuisset. Adductus sum Iudices officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine, institutoque maiorum, ut onus hoc laboris, atque officii, non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res Iudices consolatur, quod hæc quæ videtur esse accusatio mea, non potius accusatio, quam defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas ciuitates, provinciam Siciliam totam. Quæobrem si mihi vnus est accusandus, pro modo manere in instituto meo videor, & non omnino a defendendis hominibus, subleuandisque discedere. Quod si hanc causam tam idoneam, tam illustrem, tam grauem non haberem, si aut hoc a me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis causa tantæ necessitudinis non intercederet, & hoc, quod facio, me Reipublicæ causa facere profiterer, ut homo singulari cupiditate, audacia, scelere preditus, cuius furta, atque flagitia non in Sicilia solum, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Paphlagonia, Romæ denique ante oculos omnium, maxima, turpissimaque nossemus, me agente in iudicium vocaretur: quis tandem esset, qui meum factum aut consilium posset reprehendere? Quid est, pro deum hominumque fidem, in quo ego Reipublicæ plus hoc tempore prodesse possim? Quid est, quod aut Populo Romano gratius esse debeat: aut sociis exterisque nationibus optatius esse possit: aut saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? Populata, vexata, funditus euersa provincie: socii, stipendariique Populi Romani afflicti, miseri, iam non salutis spem, sed exitium solatium quarunt. Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium

Aduersarium mihi erat.

Remittere

Diuinatio seu Actio. I.

volunt, queruntur, accusatores se idoneos non habere. Qui accusare possunt, iudiciorum seueritate desiderant. Populus Romanus, interea, tamen multis incommodis difficultatibusque affectus est, tamen nihil eque in Republica, atque illam veterem iudiciorum vim, grauitatemque requirit. Iudiciorum desiderio Tribunitia potestas efflagitata est. iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur. iudicium culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc postulatur, id iam populare, atque plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimi morum, in Populo Romano, quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitraretur, ut homines idonei, atque integri causam Reipublice susciperent, fateor me salutis omnium causa, ad eam partem accessisse Reipublice, subleuande, quae maxime laboraret. Nunc quoniam quibus rebus adductus ad causam accesserim demonstrauimus, dicendum necessario est de contentione nostra, ut in constituendo accusatore, quod sequi possitis, habeatis.

Duo spectanda in accusatore constituendo factum.

Preiudicium iudicium.

Lex de pecuniis repetundis constituta.

Ego sic intelligo Iudices, cum de pecuniis repetundis nomen cuiuspiam deferat, si certam rem aliquos sit, cui potissimum delatio detur, haec duo in primis spectari oportere: quae maxime velint actorem esse illum, quibus factae esse dicantur iniuriae: & quae minime velint is, qui eas iniurias fecisse arguatur. In hac causa Iudices tamen utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam, & de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc est de voluntate eorum, quibus iniuriae factae sunt, quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Ad sunt, queruntur Siculi vniuersi: ad meam fidem, quam habent spectatam iam, & diu cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me a vobis atque a Populi Romani legibus petunt: me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorum iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt. Vtrum Q. Caelii hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam accedere: an optimorum fidelissimorumque sociorum voluntatem apud hos grauem esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maxime existimari vult, Siculos hoc a me non petisse, primum causam inimici tui subleuabis, de quo non preiudicium, sed plane iudicium iam factum putatur, quod ita percrebuit, Siculos omnes actorem suae causae contra illius iniurias quae fuisse. Hoc si tu inimicus eius, factum negabis, quod ipse, cui maxime haec res obstat, negare non audeat, videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes viri clarissimi nostrae ciuitatis, quos omnes a me nominari non est necesse. eos qui adsunt appellabo, quos, si metirer, testes esse impudentiae meae minime vellem. Scit is, qui est in consilio C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus: quorum fide, atque praesidio Siculi maxime utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est. Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita sepe, & ita vehementer esse petitum, ut aut causa mihi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandum. Sed quod ego his testibus utor: quasi res dubia aut obscura sit. Ad sunt homines ex tota provincia nobilissimi, qui praesentes vos orant, atque obsecrant Iudices, ut in actore causae suae deligendo, vestrum iudicium a suo iudicio ne discrepet. Omnium ciuitatum totius Siciliae legationes adsunt, praeter duas ciuitates: quarum duarum si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur, quae cum his ciuitatibus C. Verri comunicata sunt. At enim cur a me potissimum hoc praesidium petiuerunt? Si esset dubium, petissent a me praesidium, nec ne, dicerem cur petissent. Nunc vero, cum id ita perspicuum sit, ut oculis iudicare possitis, nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi obiciatur, me potissimum esse delatum. Verum id mihi non sumo Iudices, & hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse praepositum. Non ita est, sed vniuscuiusque temporis, valetudinis, facultatis ad agendum, ducta ratio est. Mea fuit semper haec in hac re voluntas, & sententia, quaeuis ut hoc snallent, de his qui essent idonei, suscipere, quam me me ut mallent, quam neminem. Reliquum est iam, ut illud queramus, cum hoc constet, Siculos a me petisse, ecquid hanc rem apud vos, animosque vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetendo socii populi Romani supplices vestri habere debeant. De quo quid ego plura commemorem: quasi vero dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit. Nam ciuibus cum sunt ereptae pecuniae, ciuili fere actione, & priuato iure repetuntur. Haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est, haec habet arcem minus aliquanto munitam nunc quidem quam antea: verum tamen, si qua reliqua spes est, quam sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est: cuius legis non modo a Populo Romano, sed etiam ab ultimis nationibus iam pridem seueri custodes requirunt. Quis igitur est, qui neget, oportere eorum arbitrata lege agi, quorum causa lex sit constituta.

ta: Sicília tota si vna voce loqueret, hoc diceret: qđ auri, qđ argēti, qđ ornamentorū in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, qđ in vnaquaq; re beneficio Senat⁹ Populiq; Ro. iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti, atq; abstulisti. quo noīe abs te sestertii millies ex lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset, hac voce vteret. Qm̄ id nō poterat, harum rerū actorem quē idoneū esse arbitrata est, ipsa delegit. In hmōi re quisq; tā impudens reperietur, qui ad alienam causam inuitis iis, quorū negotium est, accedere, aut aspirare audeat! Si tibi Q. Cęcili hoc Siculi dicerent, te nō nouimus, nescimus quis sis, nunq; te antea vidimus, sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis cognita: nonne id dicerent, qđ cuius pbare deberent! nūc hoc dicūt: vtrūq; se nosse, alterū se cupere defensorem esse fortunarū suarum, alterū plane nolle. Cur nolint, etiā si tacerent, satis dicunt, verū non tacent. Tamen his inuitissimis te offeres! tamē in aliena causa loquere! tamē eos defendes, qđ se ab omnibus desertos potius, qđ abs te defensos esse malunt! tamē his operā tuam pollicebere, qui te neq; velle suā causam, nec si cupias, posse arbitrantur. Cur eorū spem exiguā reliquarū fortunarū, quā habent in legis & iudicii seueritate positā, vi extorquere conaris! Cur te interponis inuitissimis his, qbus maxime lex cōsultū esse vult! Cur de qbus in prouincia nō optime es meritis, eos nunc plane fortunis oībus conaris euertere! Cur his nō modo psequendi iuris sui, sed etiā deplorandę calamitatis adimis potestātē! Nam te actore quē eorū affuturum putas! quos intelligis nō vt per te alium, sed vt per aliquem te ipsum vlciscātur laborare. At. n. solidū id est, vt me Siculi maxie velint: alterū illud credo obscurū est, a quo Verres minime se accusari velit. Ecquis vnq; tam palā de honore, tā vehemēter de salute sua cōtendit, qđ ille, atq; illi⁹ amici, vt ne hęc mihi delatio detur! Sunt multa, quę Verres in me esse arbitratur, quę scit in te Q. Cęcili non esse: quę cuiusmodi in vtroq; nostrū sunt, paulo post cōmemorabo. Nūc tantū id dicā, qđ tacitus tu mihi assentiare, nullā rem in me esse, quā ille cōtemnat: nullā in te, quā pertimescat. Itaq; magnus ille defensor, & amicus eius, tibi Hortēsius suffragatur, me oppugnat: aperte ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: & ait hoc se honeste, sine vlla inuidiā, ac sine vlla offensione cōtēdere. Nō em̄ inquit illud peto, qđ solo, cū vehementius cōtēdi, impetrare: reus vt absoluator, nō peto. Sed vt ab hoc potius qđ ab illo accusetur, id peto. Da mihi hoc: concede, qđ facile est, qđ honestū, qđ nō inuidiosum: qđ cū dederis, sine vllō tuo periculo, sine infamiā illud dederis, vt is absoluator, cuius ego causa laboro. Et ait idē, vt aliquis metus adiūctus sit ad gratiā, certos esse in cōsilio, qđ ostēdi tabellas velit, id esse perfacile. Non em̄ singulos ferre sententias, sed vniuersos cōstituire. Cęrata vnicuiq; tabellā dari cęra legitima, nō illa infami ac nefaria. Atq; is nō tā ppter Verre laborat, qđ eū minime res tota delectat. Videt em̄ si a pueris nobilibus, quos adhuc elusit, si a quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatosq; homines translata sit, se in iudiciis dominari non posse. Huic ego hominī iam ante denunciō, si a me causam hęc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam, & ita tamen mutandam, vt meliore & honestiore conditione sit, qđ qua ipse esse vult: vt imitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos L. Crassum, & M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia, causasq; amicorum, pręter fidē, & ingeniu afferre oportere. nihil erit, qđ me agēte arbitret iudiciū sine magno multorū periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, Populi Ro. susceptam esse arbitror, vt mihi non vnus homo improbus opprimendus sit, id qđ Siculi petiuerunt, sed omnino improbitas, id qđ populus Ro. iandiu flagitat, extinguenda, atq; delenda sit. In quo ego quid eniri, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, qđ in oratione mea ponere. Tu vero Cęcili qđ potēs: quo tēpore, aut qua in re, nō mō speci mē cęteris aliqd dedisti, sed tute tui periculū fecisti! In mētē tibi nō venit, qđ negotiū sit, cām publicā sustinere: vitā alteri⁹ totā explicare! atq; eā nō modo in animis iudiciū, sed etiā in oculis, cōspectuq; oīm exponere! sociorū salutē, cōmoda puinciarū, vim legū, grauitatē iudiciorū, defendere! Cognosce ex me, qm̄ hoc primū tēp⁹ discēdi nactus est, qđ multa eē oporteat in eo, qđ alterū accuset: ex qđ si vnū aliqd in te cognoueris, ego iā tibi ipse istuc, qđ expetis, mea voluntate cōcedā. Primū integritatē, atq; innocentia singularē. Nihil est. n. qđ minus ferēdū sit, qđ rōnem ab altero vitę reposcere eū, qđ non possit suę reddere. Hic ego de te plura non dicam, vnum illud credo oēs animaduerrere, & adhuc ab nullis nisi a Siculis potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cū eidē sint irati, cui tute inimicū eē dicis, sese tamē te actore ad iudiciū

L. Crassus.
M. Antonius.
Receptus.
Susceptus.

Accusatori necessaria.

Diuinatio seu Actio. I.

cium nō affuturos. Quare negēt, ex me nō audies. Hos patere id suspicari, qđ necesse est. Illi quidem, vt est hoīm genus nimis acurū, & suspitiosum, non te ex Sicilia literas in Verre de portare velle arbitrātur, sed cū iisdem literis illius Prętura & tua Quęstura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspicātur. Deinde accusatorē firmū, verūq; esse oportet. Eū ego si te putē cupere esse, facile intelligo esse nō posse. Nec ea dico, quę si dicā, tñ infirma re non possis. Te, anteq̄ de Sicilia decesseris, in gratiā redisse cū Verre: Potamonē scribam, & familiarem tuū retentū esse a Verre in prouincia, cū tu decederes: M. Cęciliū fratrem tuū lectissimū, atq; ornatissimū adolescentem nō modo nō adesse, neq; tecū tuas iniurias plequi, sed esse cum Verre, cum illo familiarissime, atq; amicissime viuere. Sunt hęc, & alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc nō vtor. hoc dico, si te maxime cupias, tamē verū accusatorem esse nō posse. Video em̄ permulta esse crimina, quorū tibi societas cū Verre eiusmodi est, vt ea in accusando attingere nō audeas. Queritur Sicilia tota C. Verre ab aratoribus cum frumētum sibi in cellam imperauisset, & cū esset tritici modius HS. V. pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Magnum crimē, ingens pecunia, furtum impudens, iniuria nō ferenda. Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. Tu Cęcili quid facies? Vtrū hoc tātum crimē prętermittes? an obiicies? Si obiicies, id ne alteri crimini dabis, qđ eodem tempore in eadem prouincia tu ipse fecisti? audebis ita accusare alterū, vt quo minus tute condēnere, recusare nō possis? Si prętermittes, qualis erit ista tua accusatio, quę domestici periculi metu, certissimi & maximi criminis nō modo suspitionem, verū etiam mentionem ipsam pertimescat? Emptum est ex S. C. frumētum ab Siculis p̄tore Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta nō est. graue est hoc crimē in Verrem, graue me agente, te accusante nullum. Eras em̄ tu Quęstor, pecuniam publicā tu tractabas: ex qua etiā si cuperet prętor, tñ nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Huius quoq; igitur criminis te accusante mentio nulla fiet. Silebitur toto iudicio de maximis, & notissimis illius furtis, & iniuriis. Mihi crede Cęcili nō potest in accusando, socios vere defendere is, qui cum reo criminū societate cōiunctus est. Mancipes a ciuitatibus pro frumētum pecuniā exegerunt, quid? hoc Verre prętore factū est solum? non, sed etiā Quęstore Cęcilio. quid igit? daturus es huic crimini, qđ & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti? An totum id relinques? Ergo id oīno Verres in iudicio suo nō audiet, qđ cū faciebat, quęadmodū defensurus esset, nō reperiebat. Atq; ego hęc quę in medio posita sunt, cōmemoro. Sunt alia magis occulta furta, quę ille, vt istius credo animos, atq; imperus retardaret, cum Quęstore suo benignissime cōmunicauit. Hęc tu scis ad me esse delata, quę si velim proferre, facile omnes intelligēt, vobis inter vos nō modo voluntatem fuisse cōiunctam, sed ne prędam quidē adhuc esse diuisam. Quapropter si tibi indicū postulas dari, qđ tecū vna fecerit, concedo, si id lege permittit. Sin autē de accusatione dicimus, cōcedas oportet iis, qui nullo suo peccato impediūtur, quo minus alterius peccata demonstrare possint. Ac vide quantū interfuturū sit inter meā, atq; tuā accusationē. Ego etiā quę tu sine Verre cōmisisti, Verri crimini daturus sum, qđ te nō prohibuerit, cū summā ipse haberet potestātē. Tu cōtra, ne quę ille quidē fecit, obiicies, nequa ex parte cōiunctus cū eo reperire. Quid illa Cęcili? cōtemnēda ne tibi videntur esse? sine qbus causa sustineri, pręsertim tāta, nullo modo potest. aliqua facultas agēdi, aliqua dicēdi cōsuetudo, aliqua in foro, iudiciis, legibus, aut ratio, aut exercitatio. Intelligo qđ scopuloso, difficilīq; in loco verser. Nā cū oīs arrogātia odiosa est, tñ illa īgeniū, atq; eloquētię multo molestissima. Quāobrem nihil dico de meo īgenio, neq; ē qđ possim dicere, neq; si eēt, dicerē. Aut em̄ id mihi satis est, qđ est de me opiniōis, quicquid est: aut si id parū est, ego maius id cōmemorando facere non possum. De te Cęcili iam mehercule hoc extra hanc cōtentionē certamēq; nostrū familiariter tecum loquar. Tu ipse quęadmodum existimes vide etiā, atq; etiam: & tu te collige: & qui sis, & quid facere possis, considera. Putas ne te posse de maximis, acerbissimisque rebus, cum causam socioꝝ fortunisque prouincię, ius Populi Ro. grauitatē iudicii, legūq; susceperis, tot res, tā graues, tā varias, voce, memoria, cōsilio, ingenio, sustinere? Putas ne te posse, quę C. Verres in Quęstura, quę in legatione, quę in Prętura, quę Rome, quę in Italia, quę in Achaia, Asia, Pāphyliaq; patrarit, ea quęadmodum locis, tēporibusq; diuisa sint, sic criminibus & oratiōe distinguere? Putas ne posse, id qđ in eiusmodi reo maxime necessarium est, facere, vt quę ille libidinosē, quę nefarie, qđ crudeliter fecerit, ea æque acerba & indigna videant esse iis qđ audiēt, atq; illis visa sunt, qđ senserūt? Magna sunt ea, quę

Pedian⁹. II

†Municipes.

Arrogātia
ingeniū atq;
eloquētię
molestissima.

In L. Verrem. Fo. XX.

disco, mihi crede, noli hęc cōtemnere: dicēda, demonstrāda, explicanda sunt omnia: causa nō solū exponēda, sed etiā grauitē copioseq; agēda est. p̄ficiendū est, si qd agere aut p̄ficere vis, vt hoīes te nō solū audiāt, verū etiā libētē, studiosēq; audiāt. In quo si te multū natura adiuuaret, si optimis a pueritia disciplinis, atq; artibus studuisses, & in his elaborasses, si literas gręcas Athenis, nō Lilybei, latinas Romę, nō in Sicilia didicisses, tñ esset magnū, tantam causam, tā expectatā, & diligentia cōsequi, & memoria cōplecti, & oratione exponere, & voce, & viribus sustinere. Fortasse dices, quid ergo hęc in te sunt oīa: vtinā qdē essent, verūtamē vt esse possent, magno studio mihi a pueritia est elaboratū. Q; si ego hęc p̄pter magnitudinē rerū, ac difficultatē assequi nō potui, q in omni vita nihil aliud egi, q̄ longe tu te ab his rebus abesse arbitrare: quas nō modo antea nunq̄ cogitasti, sed ne nūc quidē, cū in eas ingrederis, quę & quātę sint, suspicari potes. Ego, qui, sicut oēs sciunt, in foro, in iudiciisq; ita verter, vt eiusdē etatis aut nemo, aut pauci, plures causas defenderint, & q̄ omē rēpus, qd mihi ab amicorū negotiis datur, in his studiis, laboribusq; cōsumā, quo paratior ad vsum forē sem, promptiorq; esse possim, tñ ita deos mihi velim p̄pitiōs, vt cū illius tēporis mihi venīt in mentē, quo die citato reo mihi dicendū sit, nō solū cōmoueor aīo, sed etiā toto corpore p̄horresco. iā nūc mēte, & cogitatiōe p̄spicio, quę tum studia hoīm, qui cōcursus futuri sint, quantā expectatiōē magnitudo iudiciū sit allatura, quantā auditorū multitudinē C. Verris infamia cōcitatura, quātā deniq; audientiā orationi meę ip̄obitas illius factura sit. Quę cū cogito, iā nūc timeo, qdnā p̄ offensiōe hoīm, q̄ illi inimici, infensiq; sunt, & expectatiōe oīm, & magnitudine rerū, dignū eloqui possim. Tu horū nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras: si qd ex vetere aliqua oratiōe, Iouē ego Optimū Maximū, aut, Vellē si fieri potuisset Iudices, aut aliqd eiusmodi ediscere potueris, p̄clare te paratum in iudiciū venturū arbitraris. Ac si nemo tibi respōsurus eēt, tñ ipsam cām, vt ego arbitrator, demonstrare nō posses. Nūc ne illud quidē cogitas, tibi cum homine disertissimo, & ad dicendū paratissimo futurū esse certamē: qui cum modo differendum, modo omni oratione pugnādum, certādūq; sit. Cuius ego ingenium ita laudo, vt nō pertimescam: ita probo, vt me ab eo delectari facilius, q̄ decipi putē posse. Nunq̄ ille me opprīmet cōsilio, nunq̄ vllō artificio peruertet, nunq̄ ingenio me suo labefactare, atq; infirmare conabitur: noui oēs hominis p̄titiones, rationesq; dicēdi: sepe in iisdē, sepe in contrariis causis versatū sumus. Ita cōtra me ille dicit, quīs sit ingeniosus, vt nonnullū etiam de suo ingenio iudiciū fieri arbitretur. Te vero Cęcili quēadmodum sit elusus, q̄ omni rōne iactaturus, videre iam videor: quoties ille tibi potestātē optiōēq; facturū sit, vt eligas vtrum velis, factū esse, nec ne, verū esse, an falsum: vtrum dixeris, id contra te futurū. Qui tibi estus, qui error, quę tenebrę dū immortales erunt, hominī minime malō: Quid cū accusationis tuę mēbra diuidere cęperit, & in digitis suis singulas partes causę cōstitueret: Quid cū vnūq; trāsigere, expedire, absoluere: Ipse p̄fecto metuere incipies, ne inocēti periculū facefferis. Quid cū cōmiserari, cōqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traicere cęperit: cōmemorare quęstoris cū p̄tore necessitudinē constitutā: morē maiorū: sortis religionē: poteris ne eius orationis subire inuidiā: Vide modo, etiā, atq; etiā cōsidera: mihi em̄ videt periculū fore, ne ille nō modo verbis te obruat, sed gestu ip̄so, ac motu corporis p̄stringat acie ingenii tui, teq; ab institutis tuis, cogitatiōibusq; abducat. Atq; huiusce rei iudiciū iā cōtinuo video futurū. Si. n. mihi hodie respōdere ad hęc quę dico, potueris, si ab isto libro, quē tibi magister ludi nescio q̄s ex alienis oratiōibus cōpositū dedit, verūbo vno discesseris, posse te & illi quoq; iudicio nō deesse, & causę atq; officio tuo satisfacere arbitrabor. Sin mecū in hac plusione nihil fueris, quē te in ipsa pugna cū acerrimo aduersario fore putem? Esto, ip̄e nihil est, nihil p̄t. at venit parat⁹ cū subscriptorib⁹ exercitatis, & disertis. Est tñ hoc aliqd, tametsi nō est satis, oīb⁹ em̄ rebus is, q̄ princeps in agēdo est, ornatissimus, & paratissim⁹ eē debet. Verū tñ L. Apuleiū eē video p̄ximū subscriptorē, hoīem nō etate, sed vsu forensi, atq; exercitatione tironē. Deinde, vt opinor, habet Allienū, hunc tamē a subselliis, qd in dicēdo possit, nunq̄ satis attēdi, in clamādo qdē video eū eē bene robustū, atq; exercitatū. in hoc spes tuę sunt oēs, hic, si tu eris actor cōstitut⁹, totū iudiciū sustinebit. Ac ne is qdē tantū cōtendet in dicēdo, quantū p̄t, sed cōsulet laudi, & existimationi tuę, & ex eo qd ip̄e potest in dicēdo, aliquantū remittet, vt tu tandē aliquid esse videre. Vt in actibus gręcis fieri videmus, sepe illū qui est secūdarū, aut tertiarū partū, cū possit aliquantū clarius dicere, q̄ ip̄e primarū, multū summittere, vt ille princeps q̄maxime excellat: sic faciet

Audientiā
factura.

Mos veterum.

Hortensiu
intelligit.

Facefferis
periculū.

Prolusio.

Diuinatio seu Actio. I.

Allienus, tibi seruiet, tibi lenocinabit, minus aliquāto cōtendet, q̄ p̄t. Iā hoc cōsiderate, cuiusmodi accusatores in tāto iudicio simus habituri, cū & ipse Allienus ex ea facultate, si quā habet, aliquātū detractus sit, & Cęcilius tum deniq; se aliqd̄ facturū putet, si Allienus minus vehemens fuerit, & tibi primas in dicēdo partes cōcesserit. Quartū quē fit habiturus, nō video, nisi quē forte ex illo grege oratorū, qui subscriptionē sibi postularūt, cuiuscūq; vos delationē dedissetis, ex quibus alienissimis hoībus ita paratus venis, vt tibi hospes aliq; fit recipiendus. Quibus ego nō sum tantū honorē habiturus, vt ad ea q̄ dixerint, certo loco, aut singulatim vniciq; respondeā. Sic breuiter, qm̄ nō cōsulito, sed casu in eorū mentionē incidit: quasi p̄teries satisfaciām vniuersis. Tāta ne vobis inopia videor esse amicoꝝ, vt mihi nō ex his, quos mecū adduxerim, sed de populo subscriptor addat: vobis autē tāta inopia reorū, vt mihi causam p̄ripere conemini potius q̄ aliquos a colūna Menia vestri ordinis reos reperiat: Custodem inq; Tullio me apponite, quid mihi q̄ multis custodibus opus erit, si te ad meas captas admiserō: qui nō solū ne qd̄ enuncies, sed etiā ne qd̄ auferas, custodiendus sis. Sed de isto custode toto sic vobis breuissime respōdebo, nō esse hos tales viros cōmissuros, vt ad causam tantā, a me susceptā, mihi creditā, quisq; subscriptor me inuito aspirare possit. Etenim fides mea custodē repudiat, diligētia speculatore reformidat. Verū vt ad te redeā Cęcili, q̄ multa te deficiant vides, q̄ multa sint in te, quæ reus nocens in accusatore suo cupiat esse, p̄fecto iā intelligis, qd̄ ad hęc dici potest: Nō. n. quero qd̄ tu dicturus sis: video mihi nō te, sed hūc librū esse respōsurū, quē monitor tuus hīc tenet, qui si te recte monere volet, suas debet tibi, vt hinc discedas, neq; mihi verbū vllū respōdeas. Quid. n. dices: an id qd̄ dicitas, iniuriā tibi fecisse Verrē: arbitror. neq; em̄ esset verisimile, cū oībus Siculis faceret iniurias, te illi vnū eximiū, cui consuleret, fuisse. Sed ceteri Siculi vltorem suarū iniuriarū inuenerūt: tu dum tuas iniurias per te, id qd̄ nō potes, persequi conaris, id agis, vt ceterorū quoq; iniurię sint impunitę, atq; inultę: & hoc te p̄terit, nō id solū spectari solere, q̄ debeat, sed etiā illud, qui possit vlcisci. In quo vtrūq; sit, eū superiore esse: in quo alterū, in eo, nō quid is velit, sed quid facere possit, queri solere. Q; si ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximā C. Verres iniuriā fecerit, vtrū tandē censes hos iudices grauius ferre oportere: te ab illo esse lesū, an prouinciam Siciliā esse vexatam, ac perditam: Opinor cōcedis, multo hoc esse grauius, & ab oībus ferri grauius oportere. Cōcede igitur, vt tibi ante ponatur in accusando puincia. Nā prouincia accusat, cū is agit causam, quē sibi illa defensorum sui iuris, vltorē iniuriarū, actorē totius causę adoptauit. At eā tibi C. Verres fecit iniuriā, quę ceterorū quoq; aīos posset alieno incōmodo cōmouere, minime, nam id quoq; ad rē pertinere arbitror, qualis iniuriā dicatur, quę causa inimicitiarū proferat. Cognoscite ex me, nam iste eam p̄fecto, nisi plane nihil sapit, nunq; proferet. Agonis est quedā Lilybetana liberta Veneris Erycinę, quę mulier ante hunc quęstorē copiosa plane, & locuples fuit. Ab hac p̄fectus Antonii quidā symphoniacos seruos abducebat per iniuriā, quibus se in classe vti velle dicebat. Tum illa, vt mos in Sicilia est omnium Venereorū, & eorū qui a Venere se liberauerūt, vt p̄fecto illi religionem Veneris, nomēq; obiceret, dixit & se, & omnia sua Veneris esse. Vbi hoc quęstorē Cęcilio, viro optimo, & homini equissimo nunciatū est, vocari ad se Agonidem iubet, iudicium dat statim, si pateret eam se, & sua Veneris esse dixisse, iudicāt Recuperatores id, qd̄ necesse erat, neq; enim erat cuiq; dubium, quin illa dixisset, iste in possessionem bonorum mulieris mittit, ipsam Veneri in seruitutem adiudicat, deinde bona vedit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris noīe Agonis, ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemq; suam istius iniuriā perdidit. Lilybēum Verres venit postea, rē cognoscit, factum improbat, cogit quęstorē suum pecuniam, quā ex Agonidis bonis redegit, eam mulieri omnē annumerare, & reddere. Est adhuc, id qd̄ vos omnes admirari video, nō Verres, sed Q. Mutius. Quid em̄ facere potuit elegantius ad hominū existimationē: equius ad leuandam mulieris calamitatem: vehementius ad Quęstoris libidinē coercendā: Summe hęc omnia mihi vidētur esse laudanda. Sed repēte e vestigio ex hoīe, tanq̄ aliquo Circeo poculo, factus est Verres: redit ad se, atq; ad mores suos. Nam ex illa pecunia magnam partē ad se vertit, mulieri reddidit quātulum visum est. Hic tu si lesū te a Verre esse dices, patiar, & concedā: si iniuriā tibi factā quereris, defendā, & negabo. Deinde de iniuria quę tibi facta sit, neminē nostrum grauiorē iudicem esse oportet, q̄ te ipsum cui facta dicit. Si tu cum illo postea in gratiā redisti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea cœnauit, vtrum

te perfidiosum, an prauaricatorē existimari mauis: Video esse necesse alterutrū. Sed ego te cum in eo non pugnabo, quo minus, vtrū velis eligas. Quid si ne iniuriā quidē, quæ tibi ab illo facta sit, causa remanet: quid habes, quod possis dicere, quamobrem nō modo mihi, sed cuiquā anteponare: nisi forte illud, quod dicitur te esse audio, quæstorē illius fuisse. Quæ causa grauis esset, si certares mecū vter nostrū illi amicior esse deberet: in contentione suscipiendarū inimicitiarū, ridiculū est putare, causam necessitudinis, ad inferēdū periculū iustā videri oportere. Etenim si plurimas a tuo prætorē iniurias accepisses, tamē eas ferēdo maiorē laudem, quā vlciscēdo mererere. Cum vero nullū illius in vita rectius factū sit, quā id quod tu iniuriam appellas, hi statuent hanc causam, quā ne in alio quidem probarent, in te iustā ad necessitudinem violādā videri: Qui si summā iniuriā ab illo accepisti, tamē quoniā quæstor eius fuisti, nō potes eum sine vlla vituperatione accusare. si vero nulla tibi facta est iniuria, sine scelere etiam accusare nō potes. Quare cū incertum sit de iniuria, quæ esse horū putas, qui non malit te sine vituperatione, quā cum scelere discedere: At vide quid differat inter meā opinionē, ac tuā. Tu cum oībus rebus inferior sis, hac vna in re te mihi anteferrī putas oportere, quod quæstor illius fueris. ego si superior cæteris rebus esses, te hanc vna ob causam accusatorem repudiari putare oportere. Sic enim a maioribus nostris accepimus, Prætorē Quæstori suo, parentis loco esse oportere: nullā neque iustiorē, neque grauiorē causam necessitudinis posse reperiri, quā coniunctionē sortis, quā prouinciæ, quā officii, quā publicā muneris societate. Quamobrem si iure eum possis accusare, tamē, cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere nō posses. Cū vero neque iniuriam acceperis, & prætori tuo periculū crees, fatearis necesse est, te illi iniustū impiumque bellū inferre conari. Etenim ista quæstura ad eam rem valet, vt elaborandū tibi in ratione reddenda sit, quamobrem, qui quæstor eius fueris, accuses: nō vt ob eam ipsam causam postulandū sit, vt tibi potissimū accusatio derur. Neque fere vnquā venit in contentionē de accusando qui quæstor fuisset, quin repudiaretur. Itaque neque L. Philoni in C. Seruiliū nominis deferēdi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neque Cn. Pompeio in T. Albutiū: quorū nemo propter indignitatē repudiatus est, sed ne libido violādę necessitudinis auctoritate iudicū cōprobaret. Atque ille Cn. Pompeius ita cū C. Julio cōtendit, vt tu mecū. Quæstor enim Albutii fuerat, vt tu Verris, Julius hoc secū auctoritatis ad accusandū afferebat, quod vt hoc tēpore nos ab Siculis, sic tū ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. Sæper hæc causa plurimū valuit, semper hæc ratio accusandi honestissima, pro sociis, pro salute prouinciæ, pro exterarū nationū cōmodis, inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operā, studium, laborē interponere. Etenim si probabilis est eorū causa, qui iniurias suas persequi volunt, quæ in re dolori suo nō Reip. cōmodis seruiūt, quāto illa causa honestior, quæ nō solū probabilis videri, sed etiā grata esse debet, nulla priuatim accepta iniuria, sociorū atque amicorū Po. Ro. dolore atque iniuriis cōmoueri: Nup cū in P. Gabiniū vir fortissim⁹ & inocētissim⁹ L. Piso de lationē noīs postularer, & cōtra Q. Cæciliū peterer, isque se veteres inimicitias iandiu suscepras persequi diceret, cū auctoritas & dignitas Pisonis valebat plurimū, tū illa erat causa iustissima, quæ eum sibi Achæi patronū adoptarāt. Etenim cū lex ipsa de pecuniis repetundis sociorū, atque amicorū Populi Ro. causa parata sit, iniquū est, nō eum legis iudiciique actorē idoneum maxime putari, quæ actorem causæ suæ socii, defensorēque fortunarū suarū potissimū esse voluerūt. An quod ad cōmemorādum est honestius, id ad probandū non multo videri debet equius: vtra igitur est splēdidior? Vtra illustrior cōmemoratio: accusaui eum, quicū quæstor fuerā, quicū me fors consuetudoque maiorū, quicum me deorū hominūque iudiciū coniunxerat: an, accusaui rogatu sociorum, atque amicorum, delectus sum ab vniuersa prouincia, qui eius iura fortunæque defenderē? Dubitare quicquid potest, quin honestius sit eorū causa apud quos quæstor fueris, quā eum cuius quæstor fueris, accusare: Clarissimi viri nostrę ciuitatis, tēporibus optimis, hoc sibi amplissimū, pulcherrimūque ducebāt, ab hospitibus, clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia Po. Ro. ditionemque essent, iniurias propulsare, eorūque In amicitia ditionemque essent.

Prætor quæstoris parentis loco.

In amicitia ditionemque essent.

Actio. II.

Thaud.
Quadru-
platores.

sua posse defendere. Hoc timēt hoīes, hoc laborant, hoc institui, atq; adeo institutū referri, ac renouari moleste ferunt. putāt fore, vti, si paulatim hęc cōsuetudo serpere, ac prodire cōperit, per homines honestissimos, virosq; fortissimos, nō imperitos adolefcētulos, taut illius modi quadruplatores, leges iudiciaq; administrēt. Cuius cōsuetudinis, atq; instituti patres maioresq; nostros nō poenitebat, tū cū P. Lentulus is, q; princeps Senatus fuit, accusabat M. Aquiliū, subscriptore C. Rurilio Rufo: aut cum P. Africanus homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaq; bis Consul & Censor fuerat, L. Cottā in iudiciū vocabat. Iure tū florebat Populi Ro. nomē, iure auctoritas huius imperii, ciuitatisq; maiestas grauis habebat, nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc homine paruis opibus, ac facultatibus prædito, simulant sese mirari, cum moleste ferant. Quid sibi iste vult: accusatorem ne se existimari, qui antea defendere cōsueuerat: nūc præsertim ea iam etate, cum edilitatem petat: Ego vero atatis non modo meæ, sed multo etiā superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososq; defendere. Et pfecto aut hoc remedium est agrotæ, ac prope desperatæ reipublicæ, iudiciisq; corruptis, ac contaminatis paucorum vitio, ac turpitudine, homines ad legum defensionē, iudiciorumq; auctoritatē q̄ honestissimos, & integerrimos, diligentissimosq; accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla vnq; medicina his tot incommodis reperietur. Nulla salus Reip. maior est, q̄ eos, qui alterum accusant, nō minus de laude, de honore, de fama sua, q̄ illos qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaq; semp hi diligentissime, laboriosissimeq; accusarunt, qui se ipsos in discriminē existimationis venire arbitrati sunt. Quāobrem hoc statuerē iudices deberis, Q. Cæciliū, de quo nulla vnq; opinio fuerit, nullaq; in hoc ipso iudicio expectatio futura sit, q; neq; vt ante collectā famā cōseruet, neq; vti reliq; tēporis spem cōfirmet, laborat, nō nimis hęc causam seuerē, nō nimis accurate, nō nimis diligēter acturū. habet em̄ nihil, qd̄ in offensionē deq; dat, vt turpissime flagitiosissimeq; discedat: nihil de suis veteribus ornāmētis requirit. A nobis multos obsides habet Po. Ro. quos vt incolumes cōseruare, tueri, cōfirmare, ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicādū. Habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem multo sudore, labore, vigiliisq; collectā, vt si in hac causa nostrū officii, ac diligentiam probauerimus, hęc quæ dixi, retinere per Po. Ro. incolumia, ac salua possimus. Si tātulum offensum, titubatūq; sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter iudices vestrum est, deligere quem existimetis facillime posse magnitudinē causæ, ac iudiciū sustinere fide, diligētia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Cæciliū anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Populus Romanus ne tam honestam, tam seueram, diligētemq; accusationē, neq; vobis placuisse, neq; ordinī vestro placere arbitret, provideat.

ACCUSATIONIS IN C. VERREM, LIBER. II. ORATIO. V.



Pecuniosus.

VOD ERAT OPTANDVM MAXIME IVDICES, ET qd̄ vnū ad inuidiā vestri ordinis, infamiāq; iudiciorū sedandā, maxime ptinebat, id nō humano consilio, sed ppe diuinitus datū, atq; oblatū vobis summo Reip. tēpore videt. Inueterauit em̄ iā opinio pniciosa Reip. vobisq; piculosa, quę nō modo Romę, sed & apud exteras nationes omnīū sermone prebuit, his iudiciis, q̄ nūc sint, pecuniosum hominē, q̄ quis sit nocens, neminē posse damnari. Nūc in ipso discrimine ordinis, iudiciorūq; vestrorū, cū sint parati, q; cōcionibus, & legibus, hęc inuidiā senatus inflāmāre conent, reus in iudiciū adductus est C. Verres, homo vita, atq; factis, omnīū iā opinione damnatus: pecunię magnitudine, sua spe, ac prædicationē absolutus. Huic ego causę iudices cum summa voluntate, & expectatione Populi Rom. actor accessi, non vt augerem inuidiam ordinis, sed vt infamię communi succurrerem. Adduxi enim hominē, in quo recōciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Populo Romano, satisfacere exteris nationibus possetis, depeculatorem ararij, vexatorem Asię, atq; Pamphylię, prædonem iuris vrbanij, labem atq; perniciem provinciæ Siciliæ. De quo si vos seuerē, religioseq; iudicaueritis, auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hērebit. Sin istius ingentes diuitiæ iudiciorum religionem, veritatemq; p̄fregerint, ego hoc tamen assequar, vt iu-